

Sammlung

25. 27.

FESTIVITATI

Nuptiarum

VIRI JUVENIS MORVM

Integritate, Honestatisque stu-
dio celebris

DN. CHRISTOPHORI

HORN OSSITIENSIS

Sponsi.

CVM

Honestissima & pudicissima virgine

SOPHIA,

Viri integerrimi & spectatissimi

DN. VVALTERI BECCERI,

Mercatoris & Civis Calbensis primarij
dilectissima filia Sponta.


CALBÆ celebrandarum 20. Aprilis

Anno 1618.

• • • • • • • • • •

WITBERGAE,

Typis Hæredum Seuberlichianorum.



ΠΡΟΣΦΩΝΗ ΣΙΣ

Sponsi ad Sponsam.

Mnia quæ facimus, faciamus nomine
nostrī

In SERVATORIS, pagina sacra
jubet.

Quapropter, Sophie lectissima Sponsa rogemus
Christum, ut nos auctet commoditate suâ.
Auctabit certò. Nam ejus benedictio cunctos
Ditavit, piâ eum qui vocitâre prece.

Christophorus Horn sponsus.

Hactenus, ut vidi, cordi tibi Sponse, fuerunt
Scripta Sophum, Sophiae dulcis amator eras,
Et jam (quod faustum jubeat Lucina Venusq;)
Te totum Sophiae dedis, eiq; dicas.
Perge modò, ut tibi cœptum iter est, Sophiamq; cu-
pitam

Perdius & pernox volve revolve tuam.
Mōmine proventūs minimè labor iste carebit,
Nempe brevi fructus, qui te hilarabit, erit.

Fridericus Schvvalbe J. U.
candidatus,

-122A-

Qui cœli terræq; gravis moderaris habenas,
Et triplici simplex nomine numen babes.
Da, rego, te facilem, quia casti fædera lecti
Sanxisti, tædis da bona quaq; novis.
Christophoro ut stabili jungatur fædere sponsa,
Quæ toti vitæ fida columna siet.
Exulet extremos ultra Garamantas & Indos
LIS inimica toro: blandulus adsit **A**MOR.
Annuit, atq; eccum! cœli de vertice vobis
Connubij primus fautor & autor adest.
Molliter ergo tuum Sponsum complectere sponsa,
Lacteolis figens bella labella genis.
Vtere jure tuo, complexibus utere castis,
Millia da costæ basia, sponsæ, tue.
Sic erit, ut vobis dulcissima pignora lecti
Proveniant, sicut corde favente precor.
Paucægo: plura alij: nam aurem mibi vellit Apollo
Rupta, ait, Aenæ filæ sonora Chelys.

Honoris ac faustæ gratulationis
ergò cantillabat.

Colloquium Sponſi cum Sponſa.

Musa. **S**i meminisse queo, nec non audita recordor,
 Ad Sponsam Sponsus suavia verba dabat.
Christoph. O Sophia, ô animæ pars, ô mea sola voluptas,
 O animi votis mille petita mei.

Acci-

Accipe pars animæ quam nunc tibi dico salutem,
Salve, præ cunctis tu mihi sola places.

Christophore ô percäre mei pars maxima cordis,
Salve, iterum salve, tu mihi gratus eris,

Otibi contingat, mea sola & sera voluptas,
Multiplicata salus, sicut arena' maris.

Salve formosas inter pudibunda puellas.
Salve inter juvenes spes mea Christophe.

O O quām placidē tecum volo vivere vitam,
Donec in hoc vivo corpore sanguis erit.

Tu mihi Sponsus eris, tibi nunc me dedico totam.
Te quoque nulla mihi carior uxor erit.

Accipe daq; fidem, dextram conjungito dextræ
Tu mihi præ cunctis semper amicus eris.

O fortunatum, me terq; quaterq; beatum,
Incidit in lectum virgo pudica meum.

O fortunatam, virgo prosperrima nunc sum
Quem petij semper, mens mea tota capit.

Felix illa dies, felicia gaudia sunt hæc,
Ibis in amplexus Sponsa modesta meos.

Sed satis est, subiit nocturna cubilia Titan,
Plura dabo, quando tempus & hora ferent,

Tempus & hora deest nobis jam dicere plura,
Vive valeq; diu, Spes mea vivre vale.

Vive valeq; diu mea spes mea sola voluptas
Me totam toto pectore totus amia.

Sic sine lite torum, sine felleq; scandite salvi,
Vivite concordes vos in amore duo.

Crede Deo; Confide Deo, dabit ille salutem
Sponsæ tibi, Sponsum Sponsa verere tuum.

Sophia.

Christoph.

Sophia.

Christoph.

Sophia.

Christoph.

Sophia.

Christoph.

Sophia.

Christoph.

Christoph.

Sophia.

Musa.

Tunc anni crescent, & vos crescetis in annos,
Ac domus in viridi crescat amena toro.

Martinus Moderbosius Schola Calbensis
Baccalaureus.

Aliud ad Sponsum.

Terrifica pleriq; mariti voce quiritant,
Durius haud ullum conjugio esse jugum.
Quamgrave nocte ista primâ fuerit tibi : narres
Cras, ut mature praecaveam istud omus.

I I.

Hospite museo te mecum, CHRISTOPHORE, uti
Ante annos vedit Leucoris alma duos,

Et parilem parili parilis decurrere campum
Calce studi, vedit nox simul atq; dies.

Ast ubi non vultu arrisit tibi Musa serenô,
Mercurij nexu hinc endopeditus abis.

Mercurij, quâ vos magni Albidos arva secantes
Merx varia exercet durateis in equis.

Tedia desubitò quoq; te cepere negoti,
Iamq; colis pinguis jugera grata soli.

HORNIADE (ba! ba!) sum petulanti splene cachinno,
Multoties vita te variasse genus.

Sed quoniam adverto, quod sis calefactus in iram:
Effusi risus desino, cuncta probans.

Puriter ac opto, ut mihi talia detur arare,
Qualia rura tibi Cypris aranda locat.

Sibene prosubiges stivâ proclivis aratri,
Et vacuum sparges semine latus agrum.

Tant

Tam coperis opera tua erunt, & id opto, quotannis
Ut reditu messis te uberiore beet.

Ægidius Schürigk Ossitio-Misnicus.



VEnatum ire jacent liquidissima sidera cœli,
Tendere & indomit is retia cæca feris.
Macte tuâ virtute, tuis & fortibus ausis !
Eja paratus ades, Sponse, vireta subi !
Expedias casses, acris venabuli acumen
Exacuas, & ovans ingrediare nemus.
Ast quid ibi saltat? nonnè est pulcerrima cerva?
Sic est: In laqueos incidit, ecce, tuos.
Fige agè, fige, tene, vox omnis & unica silvæ est:
Cerva petita venit, fige agè, fige, tene.
Io cervam venator habet, quam figere gestit,
Figere, sed nullâ lädere parte sui.
Gaude & plaudite igitur, mecumq; age, Sponse, triumpha:
Macte tuo spolio, virgine macte tua.
Sed reliquum est Sponsis jam fausta vovere novellis.
Vestrum JOVA torum commoditate beet.
Crescite, fæcundi & feros implete per annos
Multiplici teneræ prolis honore domum.
Exhilaret socios bis quino mense peracto,
Noctisona infantis (Musica læta) lyra.
Pauso. Sed interea genitali illabere lecto,
Et gremio SOPHIAM, Sponse, fovento TVAM.

Johannes Schuvalbe
Misencensis.

Sunt alij, fateor, quibus est de divite cornu
Copia, iij nuptis carmina lata sonent.
Ast ego, cui vena & genij data curta supellex,
Paucis me expediam versibus, ista precans.
Candida perpetuo sedeat concordia lecto,
Atque tuo thalamo dulcia mella fluant.
Hec mea Musa votet vobis quos copula vincit
Coniugij: votis annuat ipse Deus,

A L I V D.

NIl tibi iam HORNE, precor nec plura valebo precari,
Cornu quitendis nunc geminare tuum.
Quam DEVS ut donet, cornu quo triplice surgas;
Hoc velit, ac votum comprobet ipsa venus.

Paulus Kandlerus Baccabania

Hungârus.

Onus hic Sponsus, cui casta pudicaq; virgo
Jungitur, est felix terq; beatus homo.
Conjugij, moderante DEO, quod vincla subivit,
Et lecti sociam jungere concupiit.
Praadico te Sponsam meritò Sponsumq; beatum,
Pectore & eximo prospera fata precor.
Adsit ad inceptum DEVS, adsit tempore tristi,
Adsit in egressu, sicut in introitu.
Vvite concordes: & vivite Nestoris annos:
Vvite felices: atque valete bene.

apponebam
Sebastianus Fabricius VValterse
hofensis Palatinus

99 A 6908



Rkt^o1

VON



propter Christus.
Quia metatio; ex
enarratione norma dicitur
ne com. nunc est
enim quia supererit
nemus armis ferientiam,
ut inferre illucie-
tum o. etiam uirtus ad
elizabed: epis actio
hanc. Et cunctis etiam
1:1000 ut sanctifica-
tio. De confessione iohannis.
dix uenit ad baptismum.

Amen. Tu

tu es Christus filius dei
meum nomen habui a te.

Et tu es Christus filius dei
meum nomen habui a te.

Et tu es Christus filius dei
meum nomen habui a te.

Et tu es Christus filius dei
meum nomen habui a te.

Et tu es Christus filius dei
meum nomen habui a te.

Et tu es Christus filius dei
meum nomen habui a te.

11. 187
mis al
lelu ia
cordia eius ap
genies timetib
Sicut saluta-
tie elizabech-
tauit misericordia
et repleta est gaudi-
e vide distinctio-
gulorum verbos
des. Vocem pri-
bech audiuit:
nos pao: graci-
illa nata e obo-
dunt iste exult-
o de ualery. Al-
iae dei sensit a-
fia mulierem

Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres
Inches



6. 27
VITATI
tiarum
ENIS MORVM
onestatisque stu-
elebris
STOPHORI
SSITIENSIS
ponsi.

VM
pudicissima virgine

H I A,
ni & spectatissimi
R I B F C C E R I,
is Calbensis primarij
filia Sponia.

andarum 20. Aprilis
1618.

E B E R G A E,
Seuberlichianorum.

